



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 17. Papæ epistola ad Legatos suos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

cedentibus hanc Synodum haud amplius continuatum iri. Insuper significabant, quod Lunensi Comiti plures adhærerent Episcopi, sique is juxta animi sui propositum agere pergeret, merito timendum esset, ne hæc contentio adhuc magis effervescat. Ceterum donec responsum ad hanc epistolam referretur, Legati nulli omnino labori parcebant, ut animos magis accendi præpedirent, ac præcipue, ne Lunensis Comes, quocum hac super re conferebant, ad extrema prolaberetur.

### §. XVII.

#### *Papæ epistola ad Legatos suos.*

Pallav. c. 10. Ad hanc epistolam summus Pontifex num. 4.

his verbis rescripsit: *Nostræ mentis non fuit, per eam jussionem, qua injunximus, ut pacis imago, & thus exhibentur, ulli partium detrimentum inferri, nec existimamus illud illatum fuisse. Si oppositum intendunt Galli, placet nobis, ut id a vobis una cum Synodo cognoscatur; simulque prospiciatis, ne cui inferatur injuria: quod si tamen Regis Catholici ministri hoc judicium recusaverint, de hoc ipso nos commonebitis: interim vero jussionem hanc de pace, ac thure pro suspensa habeatis velim. Nos vero omnem operam utrumque impendemus ad concordiam consequendam, & quod spectat ad*

*jussi-*

d am-  
signis-  
plures  
s juxta-  
rgeret,  
c con-  
eterum  
istolam  
labori  
iccendi  
Lunen-  
onfere-  
  
uos.  
ontifex  
e mentis  
i injur-  
exhibe-  
inferri,  
sse. Si  
nobis,  
ognosca-  
infern-  
Catho-  
rint, de  
im vero  
pro su-  
omnem  
concor-  
ectat ad  
justi-

*justitiam, nulli deerimus, quin tamen ab Sæcul. XVI.*

A. C. 1562

Accepta hac epistola Legati majori, quam unquam fervore, Gallorum animos placare fatagebant, atque ad hanc agendi rationem forte ex eo movebantur, eoquod Gallorum, ut vocant, protestationem jamjam esse paratam comperissent, ac Ferrerius Præses, cui id muneris erat demandatum, verba adeo mordacia adhibere jussus fuisset, ut in illis ubique animi vehementia ran- corque dominari videretur.

### §. XVIII.

#### *Oratio Ferrerii ad modum protestationis concinnata.*

Itaque Ferrerius ita perorabat: *Cum Sarp. p. 704.*  
*videamus, Patres Sandissimi, vos ex Mem. de*  
*omnibus totius orbis Christianissimi Provin- Trente*  
*cis, conciliandarum de Religione controver- pag. 485.*  
*siarum caufsa, in hunc locum advenisse, id-*  
*que maxime factum fuisse, diligentia, ope-*  
*ra, studio Francisci, & Caroli Fratrum,*  
*Regum Christianissimorum, qui apud Pon-*  
*tifices Maximos, Regem Catholicum, &*  
*ceteros Reges, & Principes Christianos*  
*hanc Synodum oecumenicam primi promo-*  
*verunt, non possumus non graviter, & mo-*  
*lestie ferre nostram legationem in ea tem-*  
*pora & angustias incidisse, ut cogamur*  
*aut re infecta abire, aut antiquam Regis*  
*nostris*